



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Conciones R.P. Ludovici Bourdaloue è Societate Jesu

Habitaë per Adventum Coram Christianissimo Rege Ludovico XIV.

Bourdaloue, Louis

Augustae Vindel. & Dilingae, 1716

VD18 80038840

Reverendo Admodum Patri P. Michaeli Angelo Tamburino Societatis Jesu
Præposito Generali.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68973](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68973)

REVERENDO ADMODUM
P A T R I
P. MICHAELI
ANGELO
TAMBURINO SOCIETATIS
JESU PRÆPOSITO GENE-
R A L I.

HOC positam in more
et instituto Litteratorum
hominum, Reverende
admodum Pater, ut pa-
tronos sibi adsciscant in-
clytos ac
prestantes, quorum tutela lucu-
brationes suas, ceu teneros adhuc,
et opis indigentes alienæ, liberos,
committant. Quapropter eosdem
sibi ut concilient, nihil, habent anti-
quius, quam ut illorum laudes,
magno studio collectas, scitè inclu-
dant in Epistolis, que in operis quasi
limine leguntur: quibus etiam non
parcè admiscant suas facile ut qui-
vis intelligat, eò tam multa largiri
alijs

alijs, ut sibi quiddam vicissim &
alijs largiantur.

Cum P. Ludovici Bourdaloué
conciones in latinum sermonem à me
conversas, in R. Paternitatis tuæ no-
mine apparere volui, Reverende
admodum Pater, longè diversa mi-
hi tenenda via fuit. Nec me sinit
æquitas venari nõ debitas mihi lau-
des; nec tua patitur modestia, tibi
veras justasq; tribui. Nihil est itaq;
R. admodum Pater, quòd hanc Epi-
stolam valde reformides: maluit
illà tibi se accommodare, quàm re-
ceptæ servire consuetudini. Non au-
dies petita è profani sæculi splendore
ornamenta, quæ in te multi, nec fal-
sò, congesserunt, & quorum contem-
ptu magis, quàm copiâ, gaudere te
certò scio. Ne illas quidem dotes præ-
dicabo, quæ propria sunt hominibus,
vero iudicio, magni, & quibus plu-
rimis abundas. Ingenium illud dico
excellens, acre, litteris perpolitum:
idem

idem negotiorū omnium capax, &
intimam illorum velut arcem subito
penetrans. Aequitatem dico, qua
suum unicuique sic tribuis, ut abun-
de omnibus satisfacias: sapientiam,
ad sanctissimas Evangelicae guber-
nationis leges exactam: qua concre-
ditum fidei tuae depositum, sartum
& tectum, detrimentoque ab omni
integrum conservas: ut quamvis
Caelo receptus iam sit olim Ignatius,
adesse nihilominus praesens in terris,
clavumque tenere ipse videatur, &
societati nostrae istuc accommodari
haud immerito possit; mortuus est
Pater ejus, & quasi non est mortu-
us, similem enim reliquit sibi post
se. Religiosa disciplinae studium,
cujus observanda, praclarum in te
ipso exemplum praebes: paternam
charitatem, qua tuos omnes ex ani-
mo complecteris: denique innatam
tibi comitatem, qua sic universos be-
nigne adhibes, ut, quod de prisco illo

Eccle-
siast.
30.

Imperatore predicatur, neminem a
te tristem discedere patiaris. Futu-
rum confido, ut munusculū hoc me-
um eadem humanitate accipias. E-
ximum oratorem gallicè loquentē
intelligere per te potes, qui gallicè
scias: eundem, opinor, latinè lo-
quentem non invitus audies, ut es
latini sermonis admodum peritus.
Deerat hoc illi unum, ad cumulum
gloria, ut suffragio tuo mortuus or-
naretur, qui constanti Gallorum
approbatione ac plausu, quo ad vi-
xit, est ornatus. Caterum si R. Pa-
ternitati tuae, nostra hac interpre-
tatio non displicet, pergam alacrior,
& primum hoc volumen Concio-
num, reliqua brevi subsequantur.

R. ^{ma} PATERNITATIS TUÆ

Additissimus & obsequentiissimus Servus & Filius in Christo
LUD. DE SALIGNY S. J.

Fixæ Andegavorum 12. Octobris 1713.